

A V G V S T I N O<sup>431</sup>  
NANIO, PATRITIO  
V E N E T O,  
Antonius Riccobonus Rhodiginus  
S. D.

**N**OLVNTATIS tuae si-  
gnificatio èò me adduxit,  
Augustine Nani, iuuenis  
magnifice, ut non solum id  
præstiterim, quod à me per  
litteras depoposcisti, sed plus etiam curaue-  
rim, quàm tu postulasti. Cum enim superio-  
ribus diebus de re Comica publice disputa-  
uerim, quibus disputationibus adesse non  
potuisti, rogasti me propter flagrans harū  
rerum studiū, quo mirabiliter exardescis,  
ut tibi seruare eas, quas memoriae caussa so-  
leo confidere annotationes. ego vero nō solū  
ipsas seruaui, ut tibi gratificarer, quæ in ad-  
uersarijs iacētes facile interijsset, verū ēt,  
quia

quia gestit animus meus magnificentia tua  
 more gerere, aliquantisper dilataui: propte-  
 re aquod si eas informes, & inchoatas misis  
 sem, verebar, ne plus incommodi tibi affer-  
 rem in ipsis legendis, quam utilitatis in co-  
 templandis. Itaque scripsi totam comicam  
 rationem; eamque volui in tuo potissimum  
 nomine apparere, ut si quid commodi ex ea  
 ad studiosos poeticæ facultatis manauerit,  
 id ei acceptum referatur, cuius causa con-  
 fecta est; quæ si tibi placuerit, gaudebo: sin-  
 minus, illud saltem consequar, quod me uo-  
 luisse tibi obsequi, ut soleo tui similibus, in-  
 tellexeris. Vale, Patavij kal. Mart.

M D LXXXIX.

at up